



BARTHOLOMÆI

**BERSANI**

JURISCONSULTI

TRACTATUS

**DE VIDUIS**

EARUMQUE

PRIVILEGIIS ET JURIBUS

ACTIVIS ET PASSIVIS, &c.

*BA*

BARTHOLOMÆI  
BERSANI

J. C. EX OPPIDO HORTÆ

Dioecesis Novariæ

TRACTATUS

DE VIDUIS

EARUMQUE

PRIVILEGIIS ET JURIBUS  
ACTIVIS ET PASSIVIS.

*Tum etiam*

DE VIDUIS SECUNDO NUBENTIBUS  
& POENIS illarum.

*Cum INDICIBUS QUESTIONUM & RERUM Notabilium.*



LUGDUNI  
Sumptibus CRAMER & PERACHON.

M. DC. XCIX.





ILLUSTRISSIMO D. D.

FRANCISCO CASTELLO

Marchioni Parabiagli, Regio Feudatario Cana-  
grati S. Georgii, & Viradoni in Ditione Laudensi,

E T

Regio Advocato Fiscali generali pro Catholica Majestate Regis  
Hispaniarum in Dominio Mediolani

BARTHOLOMÆUS BERSANUS J. C.

S. P. D.

**M**VLTERUM, quæ Viduæ sunt conditio tot infortuniis, in-  
fidiis, ac rerum periculis subjecta est, ut Princeps ad illa-  
rum commiserationem commotus sese illarum defenso-  
rem pronunciaverit. Talis igitur defensio huic mulierum  
generi non est auferenda. Meis verò hinc Iuris lucubrationibus ad  
causas Viduarum pertinentibus ut acerrimum defensorem pararem,  
cas nulli magis, quam tibi offerendas esse putavi: nam cum fidei, ac  
jurisprudentiæ tuæ, quas omni scientiarum genere exornas, Inviçtissi-  
mus Hispaniarum Monarcha CAROLVS SECVNDVS sui Patrimo-  
nii tutelam commiserit, sicut priùs ejus curam commendaverat quon-  
dam Marchioni Camillo Patri tuo optimo, ac integerrimo olim, & vi-  
gilantissimo apud Magistratum Ord. Reddituum hujus suæ Mediola-  
nensis Ditionis Quaestori, muneri tuo illud etiam tribuis, ut ejus quo-  
que, qui aliquid gessit profuturum personis Principi acceptis assiduus  
propugnator esse debeas.

Mediolani decimotertio Kalen. Julii M. DC. XCVII.



BARTHOLOMÆI  
BERSANI, J. C.

TRACTATUS  
DE VIDUIS, EARUMQUE PRIVILEGIIS  
ET JURIBUS TUM ACTIVIS, TUM PASSIVIS.

CAPUT PRIMUM,

In quo quæritur de significatione vocis *Vidua*, de Viduitatis præstantia,  
& effectibus, ac de Viduarum Privilegiis.

SUMMARIUM.

- 1 *Vidua* nomen etymologiâ inspectâ significat femininam, que nunquam virum habuit.
- 2 *Vidua* in sensu legali dicitur femina, que virum habuit qui mortuus est.
- 3 *Vidua* non est, que non sint cognita carnaliter à suo viro cum viveret.
- 4 *Martino* dicitur ille, qui circa uxorem gessit manus rursus cum ea coeundo.
- 5 *Idem* verbum separare significat.
- 6 *Vidua* dicitur femina à consortio separata, tanquam à viro divisa.
- 7 *Vidui* dicitur viri, qui olim conjuncti erant, & nunc non sunt.
- 8 *Vidua* quandoque appellatur mulier vacans. Et quare?
- 9 *Ve* particula, qua nomen *Vidua* præcedit sumitur in sensu privato.
- 10 *Vidua* est femina vitanda & in uxorem non eligenda.
- 11 Extensivè reputatur *Vidua* illa, cuius vir civiliter mortuus est.
- 12 Et gaudet privilegiis viduarum capiteque legatum viduis pauperibus relictum n. 13.
- 14 Uxor habens virum inutilem inter viduas recensetur.
- 15 Ecclesia dicitur viduata sponso cum regitur ab Episcopo inutili.
- 16 Uxor, que vitra propriam culpam devotum suum cum viro vidua reputatur.

- 17 Item que in Monasterium recepta uti male nupta.
- 18 Et nupta viro seni.
- 19 Denique illa quoque, cuius vir longè abest, vel qui à viro non tractatur ut uxor, ad viduas refertur.
- 20 *Vidua* non efficitur desponsata per sola verba de futuro, si sponsus decedat.
- 21 Desponsata per sola verba de futuro non desinit esse vidua.
- 22 Desponsata per verba de presenti *Vidua* non est si decedat sponsus ante consummationem matrimonium; Et ideo capax est legati relicti sub conditione nubendi, n. 13.
- 24 *Viduarum* duo sunt genera.

ARGUMENTUM.

De Viduz nomine, ejusque significatione tum latina, tum legali.

QUESTIO I.



**A**D Tractatum de Viduis, earumque Privilegiis, Juribusque tum activis, tum passivis, cujus exordium, progressum, & finem à Supremo Legislatore auspiciati sumus, ut rectus ordo nos conducatur præmittenda est explicatio hujus vocis *Vidua*, ne absurdè determinemus antequam terminos intelligamus, ac doctrinæ similibus non advertunt post antiquiores